

# LUCAIN

## LA GUERRE CIVILE (LA PHARSALE)

TOME II  
LIVRES VI-X

TEXTE ÉTABLI ET TRADUIT

PAR

**A. BOURGERY**

Docteur ès lettres  
Professeur agrégé au lycée Henri-IV

ET

**Max PONCHONT**

Docteur ès lettres  
Professeur de première supérieure au lycée Lakanal



PARIS

SOCIÉTÉ D'ÉDITION « LES BELLES-LETTRES »

95, BOULEVARD RASPAIL, 95

1929

Tous droits réservés.

## SIGLA

Codices quorum variae lectiones in omnibus locis laudantur :

**V** = Vossianus XIX q. 51 saec. x.

**M** = Montepessulanus H 113 saec. ix aut x.

**Z** = Epternacensis siue Parisinus bibl. nat. lat. 10.314 saec. x.

**P** = Colbertinus siue Parisinus bibl. nat. lat. 7502 saec. x.

**U** = Vossianus alter XIX f. 63 saec. x.

**G** = Gemblacensis siue Bruxellensis bibl. Burgundicae 5330 saec. x aut xi.

**S** = Sangermanensis siue Parisinus bibl. nat. lat. 13045 saec. x.

**Q** = Puteanus siue Parisinus bibl. nat. 7900 A saec. x.

**C** = lemmata codicis Bernensis 370 saec. x [C<sup>a</sup> prius lemma ; C<sub>b</sub> alterum lemma eiusdem loci, cum discrepant].

Horum codicum praeter VMZ aperte mendosa praetermissi; huc accedunt :

**v** = fragmenta inter Vindobonensem (lat. rec. 85) et Neapolitanum (IV a 8) codices rescriptos diuisa, saec. v (?).

**λ** = fragmenta codicis rescripti Palatini 24 saec. iv (?).

**π** = fragmenta codicis rescripti Parisini 10.403 saec. ix.

Codices qui passim laudantur :

**F** = Vaticanus 3284 saec. xi.

- L** = Laurentianus Sanctae Crucis plut. XXIV sin. cod. 3 saec. XI.  
**A** = Ashburnhamensis siue Parisinus bibl. nat. lat. nouv. acq. 1.626 saec. XI.  
**B** = Bernensis 45 saec. XI.  
**E** = Erlangensis 304 saec. X  
**N** = Nostradamensis siue Parisinus bibl. nat. lat. 17901 saec. XI.

Prima manus, correctoribus opposita, indice «<sup>1</sup>», corrector minuscula littera designatur.

**C<sup>o</sup> V<sup>o</sup> G<sup>o</sup>** = commentum uel adnotationes in codicibus **C U G**.

*Compendia* : *cell.* = optimi codices [et correctores horum codicum] praeter eos quorum uaria lectio laudatur. — *del(t)*. = deterior(es) i. e. codices post saec. XI scripti. — *supr.* = suprascriptus uel superscriptus. — *eras.* = erasit — *corr.* = correxit — *exp.* = expunxit. — *om.* = omisit. — *ras.* = rasura — **PR** = Priscianus (Corpus gramm. lat. recensente Kell). — **IS.** = Isidori Origines. — **LAC.** = Lactantii Placidi in Thebaida (rec. Iahnke).

et grauis in geminum uergens caput amphisbaena  
 et natrix uiolator aquae iaculique uolucres 720  
 et contentus iter cauda sulcare parias  
 oraque distendens auidus fumantia prester,  
 ossaque dissoluens cum corpore tabificus seps,  
 sibilaque effundens cunctas terrentia pestes,  
 ante uenena nocens, late sibi summouet omne 725  
 uulgus et in uacua regnat basiliscus harena.  
 Vos quoque, qui cunctis innoxia numina terris  
 serpitis, aurato nitidi fulgore dracones,  
 letiferos ardens facit Africa; ducitis altum  
 aera cum pinnis armentaque tota secuti 730  
 rumpitis ingentes amplexi uerbere tauros;  
 nec latus spatium est elephans : datis omnia leto,  
 nec uobis opus est ad noxia fata ueneno.

Has inter pestes duro Cato milite siccum  
 emetitur iter tot tristia fata suorum 735  
 insolitasque uidens paruo cum uulnere mortes.  
 Signiferum iuuenem Tyrrheni sanguinis Aulum  
 torta caput retro dipsas calcata momordit.  
 Vix dolor aut sensus dentis fuit, ipsaque leti

710 uergens : sur- G<sup>o</sup> || amphisbaena : amphisibena  
 Uno amphibena [s et i uariis manibus supra y] Z ||  
 720 natrix : rinatrix is XII. 4, 29 || iaculi : iacuit G<sup>1</sup> ||  
 721 et : quo is *ibid.* 27 || contestus Z<sup>1</sup> || parias [r in ras.  
 Z] : carias MP paryas mu paroeas z<sup>2</sup> paro'as S pharias  
 [fa- C] GQC<sup>o</sup> || uide 716 || 722 fumantia : spu- ZGmu ||  
 praestet Z let in ras. z<sup>1</sup> corr. z<sup>2</sup> || 723 seps [ep in ras. G] :  
 apen MP || 724 cunctas terrentia : cunctasunt rentia Z<sup>1</sup> ||  
 726 basiliscus G<sup>1</sup> || 728 orato Z<sup>1</sup> || auro toniti difulsore  
 M<sup>1</sup> || 729 letiferos : Pesti- VZGSQu || 731 rumpitis : Rum-  
 pios Z<sup>1</sup> || 732 om. U<sup>1</sup> || datis [tis in ras. z]  
 730 uidens : -et VZ<sup>1</sup>g || uulnere : puluere u || mortes :  
 mon- MP || 737 thiereni Z || sanguinis Z<sup>1</sup> || 738 torta  
 caput : -to -ite is, XII 4, 32 || etro Z<sup>1</sup> || 739 aut : haud Q ||  
 que leti : quieti MP

frons caret inuidia, nec quicquam plaga minatur.  
 Ecce subit uirus tacitum, carpitque medullas 741  
 ignis edax calidaque incendit uiscera tabe;  
 ebibit humorem circum uitalia fusum  
 pestis et in sicco linguam torrere palato  
 coepit. Defessos iret qui sudor in artus 745  
 non fuit, atque oculos lacrimarum uena refugit.  
 Non decus imperii, non maesti iura Catonis  
 ardentem tenuere uirum, ne spargere signa  
 auderet totisque furens exquireret aruis,  
 quas posebat aquas sitiens in corde uenenum. 750  
 Ille uel in Tanain missus Rhodanumque Padumque  
 arderet Nilumque bibens per rura uagantem.  
 Accessit morti Libyc, fatigue minorem  
 famam dipsas habet terris adiuta perustis.  
 Scrutatur uenas penitus squalentis harenae; 755  
 nunc redit ad Syrtes et iluctus accipit ore,  
 aequoreusque placet, sed non et sufficit, humor;  
 nec sentit fatigue genus mortemque ueneni,  
 sed putat esse sitim, ferroque aperire tumentis  
 sustinuit uenas atque os implere cruore. 760  
 Iussit signa rapi prope Cato; discere nulli

741 subito Z o exp. || uirus : -os P -tus G\* || 742 cal-  
 lida Z' || tabe : -es z || 744 linguam : -a Z lingua  
 a in ras? || P || torrere : ter- M'P || 746 oculos : -o  
 P || 747 non maesti : mestiti Z' || 748 ne ZG : nec  
 M'P'P qulq' V' et in ras. m || 749 auderet [u in ras.  
 pro n ? z] : Audere id M'P || furens : fer- Z' || exquireret :  
 -ere M'P || aruis G : causis M' cauris P agris VZUM ||  
 751 tanain MZu || Rhodanum [hro- Z] : romanum z ||  
 Padum : pacum M' panum P || 752 arderet : Aud- P ||  
 bibens : uidens zC'U'G\* || 753 Lybie : lybies S libyaes m  
 lyblae V'G || fati [ti in ras. V] : -is Z'U'G\* || minorem :  
 -is V'M'P'Q'z || 754 famam : -a P || abet Z' || adiuta : aduita  
 M' adluta m' || 755 uenas : -a P || 756 sirtes Z' || hore  
 Z' || 759 sitim : -um Z || 760 adque Z || cruore VGSCmz :  
 ueneno cell.

permissum est hoc posse sitim. Sed tristior illo  
 mors erat ante oculos, miserique in crure Sabelli  
 seps stetit exiguus, quem flexo dente tenacem  
 auulsitque manu piloque adfixit harenis. 765

Parua modo serpens, sed qua non ulla cruentae  
 tantum mortis habet. Nam plagae proxima circum  
 fugit rupta cutis pallentiaque ossa retexit;  
 iamque sinu laxo nudum sine corpore uulnus.

Membra natant sanie, surae fluxere, sine ullo 770  
 tegmine poples erat, femorum quoque musculus omnis  
 liquitur, et nigra destillant inguina tabe.

Dissiluit stringens uterum membrana, fluuntque  
 uiscera; nec, quantus toto de corpore debet,  
 effluit in terras, saeuum sed membra uenenum 775  
 decoquit, in minimum mox contrahit omnia uirus.  
 Vincula neruorum et laterum textura cauumque  
 pectus et abstrusum fibris uitalibus : omne  
 quidquid homo est aperit pestis. Natura profana  
 morte patet : manant humeri fortesque lacerti, 780  
 colla caputque fluunt. Calido non ocius austro  
 nix resoluta cadit nec solem cera sequetur.

762 illo : -a VZu || 763 miseri : -it P || crure : cruce  
 Z' || 764 Seps Z' || tenacem Z' || 765 pilo [o in ras. G] :  
 telum ra. II 597, 3 || harenis : arenae Vg ra. ibid. || 766  
 qua : quia Z [ut C'U'G'] i exp. || non om. Z' || ulla : nu-  
 M' || 768 rupta : rap- Z' || que : om. M' || ossa : ora MPG'  
 || 769 sinu : sinus M' || laxo : l. est. M'P et [in ras. cum  
 || 770 natant : rapit m || sanie : -em M' -am P ||  
 {?} G || 771 omnis : -es Z' || 772 liquitur : Linq. M'P || destillant :  
 dis- VUG'm || 774 quantus : -um Z'Gm || debet : posset  
 g || 776 Decoquit Z' || mox Kortte : mor U' mons C mors  
 cell. || 777 etelaterum M'P || textura : iunct- VQ ||  
 778 abstrusum : abt- MU obst- V' || fibris M'P || omne :  
 -ni M'P || 779 aperit : om. P, post \*pestis [eras. a?] S ||  
 pestis : tes- M'P || 780 patet : -ent M'P || 782 cera : cesa z

Parua loquor, corpus sanie stillasse perustum :  
hoc et flamma potest; sed qui rogas abstulit ossa?  
Haec quoque discedunt, patrisque secuta medullas  
nulla manere sinunt rapidi uestigia fati. 786

Cinyphias inter pestes tibi palma nocendi est :  
eripiunt omnes animam, tu sola cadauer.

Ecce subit facies leto diuersa fluenti.

Nasidium Marsi cultorem torridus agri 790  
percussit prester. Illi rubor igneus ora  
succendit, tenditque cutem pereunte figura  
miscens cuncta tumor toto iam corpore maior,

humanumque egressa modum super omnia membra  
efflatur sanies late pollente ueneno; 795

ipse latet penitus congesto corpore mersus,  
nec lorica tenet distenti corporis auctum.

Spumeus accenso non sic exundat aeno  
undarum cumulus, nec tantos carbasa coro  
curuauere sinus. Tumidos iam non capit artus 800

informis globus et confuso pondere truncus.

Intactum uolucrum rostris epulasque daturum  
haut impune feris non ausi tradere busto  
nondum stante modo crescens fugere cadauer.

783 perustum : p. est Z<sup>1</sup> || 784 qui MP : quis cett. ||  
785 Haecque Z<sup>1</sup> || discedunt P || patris : -es Z<sup>1</sup> m || 787  
Cinyphias [hi in ras. z] || pestes : -is Z<sup>1</sup>  
790 mersus P || 791 prester [ter in ras. z] : prister MP ||  
793 miscens : -ot G -ent Z<sup>1</sup> || corpore : tor. P || 795  
efflatur : -us Z<sup>1</sup> afflatur VP || pollente : pal- Z<sup>1</sup> tol-  
MPSzu || 796 mersus [e ex o M] : messus Z<sup>1</sup> nel nexus m  
798 exundat : exultat z || 799 charo Z<sup>1</sup> || 800 curuauere :  
Cui ualere MP || iam non : n. l. ZS || capit : carpit M ||  
801 pondere : pend- M || truncus : -os Z<sup>1</sup> || 803 tradere  
busto : trade robusto M || 804 fugere : fulg- M fulgure P  
vel liquere ms

Sed maiora parant Libycae spectacula pestes. 805  
 Impressit dentes haemorrhoids aspera Tullo,  
 magnanimo iuueni miratorique Calonis.

Vtque solet pariter totis se effundere signis  
 Corycii pressura croci, sic omnia membra  
 emisere simul rutilum pro sanguine uirus. 810

Sanguis erant lacrimae; quaecumque foramina nouit  
 umor, ab his largus manat cruor : ora redundant  
 et patulae nares, sudor rubet; omnia plenis  
 membra fluunt uenis, totum est pro uulnere corpus.

At tibi, Laeue miser, fixus praecordia pressit 815  
 Niliaca serpente cruor, nulloque dolore  
 testatus morsus subita caligine mortem  
 accipis et socias somno descendis ad umbras.

Non tam ueloci corrumpunt pocula leto,  
 stipite quae diris uirgas mentita Sabaeas 820  
 toxica fatilegi carpunt matura Saitae.

Ecce procul saeuus sterilis se robore trunci  
 torsit et immisit (iaculum uocat Africa) serpens

805 *om.* M<sup>1</sup>PQ<sup>1</sup>, post 807 G<sup>1</sup>; hunc uersum alii legunt hic  
 alii supra, sequente. Ecco subit facies [789] *schol.* in G ||  
 806 haemorrhoids Z<sup>1</sup> || 807 iuue Z ni *supr.* z iunem S ||  
 808 sole Z<sup>1</sup> || se Um : *om celt.* || effundere : fu- G<sup>1</sup> || signis  
*uariis modis recentiores correxerunt* || 809 croci : corci M<sup>1</sup>Z<sup>1</sup>  
 || 810 emisere Z || rutilum pro : rutilatum ZGQ || 811  
 erant : erat Z<sup>1</sup>PS || nouit : mo- ZU<sup>1</sup> || 812 manat : \*ll\*\*at Z<sup>1</sup> ||  
 ora : ossa Z<sup>1</sup> || redundant : -at Z<sup>1</sup>m || 814 fluunt : plu-  
 Z || uenu<sup>1</sup> V<sup>1</sup>

817 testatus : -tur VM PG<sup>1</sup> uel -tor u [legitur et -tor C<sup>1</sup>] ||  
 818 accipis : -it G<sup>1</sup> || et : set P || socias [uel s. u] :  
 stygias MS stig- PQg et in ras. U || descendis [dis- Z] : -it P  
 G<sup>1</sup> || 820 quae : *om.* Z<sup>1</sup> q; z || 821 fatilegi : -feri G<sup>1</sup> ||  
 matura : na- Z<sup>1</sup> || satae uel -te Cu : site P satae z sagitae  
*in ras. praeter s M saabei celt.*

822 saeuus : -as Z<sup>1</sup> -o V<sup>1</sup>Cg -is [?] M<sup>1</sup> || sterilis [-re- Z] :  
 -ll G<sup>1</sup>m || se ZG<sup>1</sup>m [se\*\*\* S] ; e MPUC de V || robore : -ra  
 Z<sup>1</sup> || 823 immisit VZG : e- *celt.* || uocat : uolt Z<sup>1</sup> uolat  
 U z<sup>1</sup> et in ras. M



perque caput Pauli transactaque tempora fugit.  
 Nil ibi uirus agit : rapuit cum uulnere fatum. 825  
 Depreſsum eſt, quae funda rotat, quam lenta uolarent  
 quam ſegnis Scythicae ſtrideret harundinis aer.

Quid prodeſt miſeri baſiliscus cuſpide Murri  
 tranſactus? Velox currit per tela uenenum  
 inuaditque manum; quam protinus ille reſecto 830  
 enſe ferit totoque ſemel demittit ab armo,  
 exemplarque ſui ſpectans miſerabile leti  
 ſtat latus pereunte manu. Quis fata putauit  
 Scorpion aut uires maturae mortis habere?  
 Ille minax nodis et recto uerbere ſaeuus 835  
 teſte tulit caelo uicti decus Orionis.

Quis calcare tuas metuat, ſalpuga, latebras?  
 Et tibi dant Stygiae ius in ſua fila ſorores.

Sic nec clara dies nec nox dabat atra quietem  
 ſuſpecta miſeris in qua tellure iacebant. 840  
 Nam neque congeſtae ſtruxere cubilia frondes,  
 nec culmis creuere tori, ſed corpora fatiſ  
 expoſiti uoluuntur humo calidoque uapore  
 adliciunt gelidas nocturno frigore peſtes

824 tranſacta : -ae MP tranſicta m || 826 quam lenta :  
 quemtenſa Z' || uolarent [nt exp. Z] : -et P || 827 quam :  
 Quem Z' || cythicae Z'

830 quam : om. Z' || reſecto : recto P || 831 ſemel Z' :  
 ſimul cett. || demittit : di- ZPUG legitur et dimiſit C' || 832  
 Exemplum legitur et exemplar C' || ſui ſpectans : ſui exp.  
 VG ſuſpectans Z' || leti : leto M' fati Z' || 833 ſtat  
 tulus : Statutus MP Stat uiuus E || putauit : -ret Zum ||  
 835 ſaeuus : -o MP -is Z' || 836 uicti : -ta Z' || 837 me-  
 tuat : -it Z' Qa || ſalpuga Pz : -pulga M' ſarpynga C uel ſal-  
 pynga u ſalpygia Q ſalputa unus codex adnotationum ſal-  
 pyga [lg in ras. G -yga Sm] cett.

839 Sic: Si P' Sed G' || atra: aera Z' || 840 ſuſpecta: -am  
 UG' -a eſt F || 842 culmis : -us Z' || cul miſcereuere M' P ||  
 844 adliciunt : Adic- G'